



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 49. Epistolæ Pontificis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Seculum VI. eodem Sensu consentiunt. Sed illud De-
A. C. 519. Et inam Catholicam credemus, quod Tu
definieris.

§. XLIX.

Epistolæ Pontificis.

Epist. 66. Respondit Papa: *Volebam statim Monachos, de quibus mihi scripseras, a me repellere. Ipsi vero testabantur Deum, se Constantinopolim reverterentur, in itinere se vita periclitaturos. Itaque non iussi viros ejici, sed credidi, reditum Legatorum meorum expectandum, ut Disputationis hujus materiam accurate rescivem.*

Epist. 67. Hæc Epistola secunda Sept. anno 519. data. In alia ad Justinianum Epistola petit Papa, ut Imperator Romam mittat Victorem Diaconum, quem Monachi accusabant, omnesque illos, qui quæstiones periculosas movebant.

Eadem occasione usus Pontifex Legatis suis scripsit; videri sibi optimum, hanc Causam Episcopo Constantinopolitano delegare, qui utramque Partem audiret. Ad hæc Dioscorus Legatus Papæ *Sug. Diosc.* respondit: *hoc consilium mihi placebat, p. 1519. nam qui secuta est conscientia, iudicium non refugit. Scripsisti mihi, hos Protestationem tradidisse, ne Hæretici se mihi jungerent. Nescio, quos ipsi Hæreticos vocent, nisi illos, qui Concilium Calcedonense recipiunt, & quos ego Catholicos*
voco.

voco. Refert deinde, quæ Constantino-Sæculum VI.
 poli inter Monachos Scythas, & Victo- A.C. 519.
 rem Diaconum acta fuerant, & Diaco-
 num fuisse confessum, se Concilium & S.
 Leonis Epistolas recipere. Tum Diosco-
 rus addit: *An Victor sincere locutus fue-
 rit, vel fide, quis hoc sciat, nisi qui cor-
 da scrutatur, Deus? audivimus verba
 ista: Dei est cogitationes hominum judi-
 care. Quod vero attinet ad istos Scy-
 thas; sciat, Beatitudo tua! ab ipsis habe-
 ri pro Nestorianis omnes illos, qui Conci-
 lium Calcedonense recipiunt; dicunt enim,
 hoc Concilio non satis refutari Nestorium,
 nisi simul ipsorum explicatio recipiatur.
 Neminem Catholicorum, Deo sint Lau-
 des! latet, quales isti sint, & quod sit
 ipsorum consilium. Et inferius: Maxen-
 tius Abbatem se dicit; si vero quis inter-
 roget, in quo Monasterio, aut sub quo Abba-
 te vixerit, quid respondeat, non habet.
 Idem de Achille possem scribere. Hæc
 Dioscori Legati litteræ 14. Octobr. 519.
 datæ sunt, sed Romæ non ante decimam
 septimam Nov. anni sequentis 520. red-
 ditæ.*

Eodem tempore & in iisdem Litteris *Ep. propit.*
 Comes Justinianus Papam rogabat, ut p. 1516.
 sibi mitteret Reliquias, in Ecclesia Apo-
 stolorum, quam in suo Palatio ædifica-
 verat, deponendas. Hac de re Legati
 data peculiari ad Papam Epistola dicunt:
Filius

Sæculum VI. *Filius tuus Justinianus præter Reliquias*
 A. C. 519. *Apostolorum etiam aliquas S. Laurentii*

habere cupit, speratque, se opera nostra eas
 Sug. 1515. *celeriter accepturum. Ipse quidem has*
petit secundum consuetudinem Græcorum,
sed postquam ipsi Sacræ Sedis usum expli-
cavimus, acquievit. Nempe Græci trun-
cabant Sanctorum Corpora, & transfere-
bant partes, quod Romani non faciebant.
 Legati inferius Papam rogant, ut Justi-
 niani Pietati satisfaceret, atque mitteret
 SS. Petri, & Pauli Sanctuaria etiam se-
 cundæ Cataractæ, id est, talia lintheami-
 na, quæ SS. Corpora proxime contigif-
 sent. Etiam particulas de vinculis Apo-
 stolorum, & S. Laurentii craticula pete-
 bat, miseratque Romam Eulogium Ma-
 gistrarianum, qui has Reliquias ex ipso lo-
 co acciperet. Legatorum Epistola 29.
 Jun. 5 19. data. Papa Justiniano Sanctua-
 ria SS. Petri, & Pauli, misit, quod ex Ejus-
 dem Epistola 2. Sept. eodem anno data
 Ep. 66. dispicitur.

to. 4. Conc.
 p. 1590.

Monachis Scythis Romæ morantibus
 Senator, cui nomen Faustus, consuluit
 Trifolium Presbyterum super quæstione,
 quam defendebant, *unus ex Trinitate*
crucifixus fuit. Trifolius respondit;
 hunc loquendi modum Arianis debere
 originem suam, & esse rejiciendum, cum
 nec in Concilio Calcedonensi, nec in Pa-
 tribus occurrat.

§. L.